



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, M.DCCXI

§. I. Mens, & fundamenta Doctorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84777](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84777)

non posse esse maiorem certitudinem rei definite, quam definitis, hoc nego; non enim, qui credit definitionem, credit ob auctoritatem dicentis, sed Dei revelantis, esse de fide, quod Papa proponit Ecclesiæ, ut dictum à Deo; sicut ergo potest esse maior certitudo rei definite, quam definitis, seu dicentis, ita etiam potest esse maior certitudo definitionis, quam definitis.

Alex. VII. N. 51. Dices, per hoc, quod Alexander VII. dicit quinque propositiones Janseuisticas damnatas fuisse in sensu Janseuini, non est infallibile, ita sensisse Janseuini, poterat enim Janseuini sentire oppositum ejus, quod scripsit: ergo. Respondeo Papam, dum dixit se damnasse propositiones in sensu Janseuini, non definisse, ita sensisse internè Janseuini, ut bene ratio allata; sed tantum definit, talem esse sensum verborum Janseuini; ejus enim liber exprimit sensum propositionum damnatarum, ut bene Herinx *n. 109.* & fusiùs Pater Ardekin *quæst. 5.* qui plurima doctè congerit; & *n. 3.* probat quæstionem de alicujus libri doctrinâ hæreticâ, & in sensu Authoris, esse quæstionem juris, non facti: & definitionem Pontificis circa doctrinam librorum, an sit hæretica, an Catholica, esse infallibilem. Lege *quæstionem 4. & 5.* Lege etiam Neufst. *d. 1. quæst. 15. pag. 11.* qui ait, esse de fide, quod quinque damnatæ reperiuntur in Janseuio, in sensu Janseuini, eo modo quo S. Petrus Act. 1. declaravit ita sensisse David, & B. Pius V. & Greg. XIII. ita sensisse Baium.

Herinx. P. Ardekin. De erroribus, qui tribui solent ab Hæreticis, Pontificibus definitis, vide Patrem Val. Bellar. Herinx *n. 87.* Gravinam *ll. cc. P. de la Fuente l. c. disp. 1. num. 16.* Rocab. *tom. 1. lib. 2. Gonet. tom. 4. d. 4. de Sum. Pont. a. n. 10. & alios passim.*

S E C T I O III.

De auctoritate Summi Pontificis circa opinionum probabilitatem.

§. I.

Mens, & fundamenta Doctorum.

S U M M A R I U M.

Caramuel negat auctoritatem improbabilizandi opinionem probabilem, *n. 52.*
Idem dicitur alijs de intrinsicè probabili, *n. 53.*
Cur? à *n. 54.* ad *58.*
Potest intrinsicè probabilis fieri intrinsicè improbabilis, *n. 59.*
Potest cognitio speculativa, & practica tendere in idem objectum, & adhuc differre, *n. 60.*

Caram. Illust. Caram. primus omnium hanc quæstionem excitavit, annuens fortè Ant. Tom. I.

quoribus aliquibus, qui principia sententiæ hujus insinuarunt: nam Caiet. *tom. 2. Opus. tract. 6. cap. 2.* postquam dixerat, *Summi Pontificis judicio promissa est omnis veritas de necessarijs ad salutem Fidelium, & non omnis veritas naturaliter scibilis, & moralis* infra ait: & propterea hac sicut in illis, quæ sunt fidei, *Summi Pontificis auctoritas, omnibus præest rationibus, ita in his scibilibus, supra tam ipsum, quam quemcumque alium judicem, ratio naturali lumine roborata locum obtinet, contra quam (nota hoc) sola Authoris natura auctoritas, statuere, aut decidere aliquid potest:* ergo (inero ego) cum decreta morum circa probabiles opiniones, non sint circa materiam fidei, consequenter Papæ auctoritas nihil facere potest, nec improbabilizare per damnationem opinionem antea probabilem, quæ est ipsissima sententia Caramuelis, qui *primâ parte Theologiæ Fundamentalis num. 260. paginâ mibi 104.* magno calore suadet, non dari in mundo visibili auctoritatem dammandi opiniones probabiles; & ideo ait, quâdo liber, vel sententia interdicitur, nõ asseritur esse improbabilis, sed neque esse probabilis, sed juxta manere in gradu probabilitatis, in quo antea; idem paucis mutatis ait *n. 386. & 387.* vult enim, quod probabiles speculativè damnentur tantum pro foro exteriori; & *n. 430.* loquens de opinione circa Missæ stipendium ait: Non potest Pontifex, nec Cardinales, declarare sententiam affirmativam esse falsam, quia non datur in mundo auctoritas, ut nigra meritò dicantur alba. Consentit ex parte huic sententiæ Magister Joannes Martinez de Prado *tom. 1. Theologiæ Moralis cap. 1. de conscientia, quæst. 2. n. 13. & tom. 2. cap. 33.* in Appendice contra Caramu. *quæst. 2. §. 3.* qui postquam Caramuelem loquentem de opinionibus extrinsecè probabilibus rejecisset, loquens de intrinsicè probabilibus, ait: Sicut nullâ humanâ auctoritate fieri potest, quod bonum sit malum, quod lux sit tenebræ, quod innocens sit reus, & e contra, ita neque, quod probabile sit improbabile, & quod verum sit falsum, & e contra. Hanc sententiam obiter insinuat Murcia *disp. 4. ref. 25.* Lumbier *tom. 1. n. 460.* cum Torrecilla *difficlt. 4. n. 20.* nam rejicit tantum sententiam Caramuelis *pun. 1.* Theologiæ Fundamentalis *n. 667.* quatenus Caramuel ait hanc consequentiam esse malam, *ex hac doctrinâ magna damna sequuntur, ergo non est probabilis:* & Franciscus Verde in suis Selectis *quæst. 9. §. 8. n. 504.* qui idem docet, quod Caramuel; non enim rejicit, quatenus docet opinionem intrinsicè probabilem nullâ auctoritate posse fieri improbabilem

C. Caiet.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

52.

N.

Filguei.
Lumb.
Th.
nHra.
Cel a l.

bilem. Addo Filgueiram pag. 50. & 51. in Lucernâ, qui se ipsum in sua Summâ citat, & suum Th. Hurt. tom. 1. Retolut. Moral. 17. 3. cap. 4. resolut. 30. Addi etiam potest Celladei, seu Pater Elizalde lib. 2. de rectâ doctrinâ morum quæst. 6. §. 2. & 5. Editionis Friburgensis (quâ semper utor) pag. 80. & 83. confundens probabilitatem cum veritate.

Fundamentum hujus sententiæ, quatenus Caramuel docet non posse opinionem extrinsecè probabilem fieri per auctoritatem Papæ extrinsecè improbabilem, esse potest; quia implicat, ut Papa faciat, ut triginta Doctores, qui steterunt pro damnatâ, non stent pro eâ: ergo non potest opinionem extrinsecè probabilem reddere extrinsecè improbabilem. Quatenus autem Caramuel, & alij cum eo docent opinionem intrinsecè probabilem, non posse fieri intrinsecè, aut extrinsecè improbabilem, fundamentum esse potest.

N.
54.

Primò, quia opinio intrinsecè probabilis est bona, sancta, innocens, instar lucis: ergo non potest per Papæ auctoritatem fieri mala, nocens, falsa, adeoque poterit quidem opinio intrinsecè probabilis, reddi extrinsecè improbabilis, seu prohiberi pro foro externo, non autem reddi intrinsecè improbabilis, & prohiberi pro foro interno, pro quo manet in eodem statu probabilitatis, quo antea, & erit internè licita, ut antea: quomodo, si innocens damnetur ut reus, citò pro foro externo maneat reus, pro interno manet innocens.

Aristot.
N.
55.

Secundò ex Aristotele, *Multa falsa sunt probabiliora veris*: ergo in propositione damnatâ potest simul stare falsitas cum probabilitate, & componi damnatio Papæ cum probabilitate opinionis, adeoque propositio esse pro foro externo vetita, & tamen pro interno retinere suam probabilitatem; ita opinio minus pia de Immaculatâ Conceptione est vetita externè, & tamen potest quis internè putare probabilem: & opinio de duplici pro unâ Missâ stipendio, damnata ab Urbano VIII. est adhuc hodie probabilis.

Urban.
VIII.
Filguei.
N.
56.

Tertiò ait Filgueira: Ex eo quia veritas speculativa, & practica sumuntur à diversis principijs, diversæ inferuntur conclusiones: ergo cum probabilitas speculativa, & practica sumantur à diversis motivis, poterit perseverare probabilitas speculativa, quæ respicit rei veritatem absolutè, & secundum se; & non practica, quæ respicit veritatem sub talibus circumstantijs.

N.
57.

Quartò: quia damnatio non immutat naturam opinionis; ergo manet in statu probabilitatis, quem antea habebat.

Antequàm hanc sententiam ex professio impugnem, immorari aliquantulum debeo in doctrinâ Filgueiræ, quam à manifestâ contradictione, & inconsequentia liberare non possum. Primò enim ponit hanc conclusionem: *Licet Summus Pontifex possit opinionibus probabilitatem practicam adimere, non autem speculativam*. Deinde cum sibi objecisset argumentum, quo eum impugnat Franciscus Sanchez ex ordine Prædicatorum, ait expressè: *Non negamus Pontificem, dum aliquam propositionem tamquam scandalosam, & improbabilem damnat, probabilitatem speculativam non auferre; sed non posse adimere probabilitatem speculativam*, quæ est ejus conclusio universalis, & sine additis & de facto auferre probabilitatem speculativam, quæ est ejus responsio, sunt manifestè propositiones contrariæ; duæ autem propositiones contrariæ veræ repugnant, ut patet ex Dialecticâ; includunt enim contradictorias oppositas veras: ergo dicit manifestè contradictoria. Secundo, quia si dicat se tantum docere, quod opinio practica, & certò probabilis à Papâ damnata, propter aliquas occurrentes circumstantias, non amittat probabilitatem speculativam, quia ipsa per damnationem non innovatur, seu non immutatur: ecce aliud contradictorium; nam ex unâ parte dicit Papam auferre probabilitatem speculativam opinionis, quam damnat, ut scandalosam; hoc enim asserit in responsione; ex aliâ dicit damnationem non immutare propositionem; hanc autem mutationem supponit necessariam, ut propositio transcat de speculative probabilis in speculativè improbabilem; ergo iterum contradictoria. Tertiò inconsequenter loquitur; quero enim, an dum propositio de intrinsecè probabili fit per damnationem Papæ intrinsecè improbabilis, (fieri autem docet in datâ responsione) quero, inquam, an per damnationem intrinsecè innovetur? Si affirmat: ergo malè supponit damnationem non innovare propositionem: si negat: ergo ut propositio de intrinsecè probabili fiat intrinsecè improbabilis, non est necesse, ut innovetur, cum tamen contrarium supponat. Quòd si dicat nullam opinionem damnatam ut scandalosam, & improbabilem, fuisse intrinsecè probabilem; contra est: ergo dum Papa damnat, non tollit probabilitatem speculativam, nam quod non est, tolli non potest: sed non ideo damnatæ probabilitas speculativa; ergo cum Papa tollere non potest; sed in responsione dicit, quòd damnatio eam tollit: ergo potest damnatio tollere probabilitatem speculativam: ex aliâ parte dicit, quòd non potest, quia damna-

Filguei.

N.
58.

Fr. Sane.

damnatio non mutat propositionem, ergo iterum contradictoria; & præterea tenetur solvere argumentum, quomodo absque eo quod opinio intrinsecè innovetur, possit per sententiam Papæ de intrinsecè probabili, fieri intrinsecè improbabilis. Quarto, quia hæc eadem doctrina opponitur illi, quam P. Card. pag. 68. tradit ex Patre Cardenas tom. 1. tr. 3. disp. 9. nempe posse opinionem de probabili ab intrinsecò transire in intrinsecè improbabilem, quia possunt decursu temporis apparere rationes evidentes pro opinione oppositâ: si autem hoc concedit Viris doctis, cur non Papæ? Rursus tenetur tunc dicere, quomodo opinio fiat intrinsecè improbabilis, absque eo quod intrinsecè mutetur. Quinto, quia confundit probabilitatem cū veritate, quod nullo modo admitti potest, nam veritas est sæpe occulta, probabilitas est sæpe evidens; non enim est, nisi prudens rei credibilitas identificata cum gravitate fundamentorum, allicientium ex parte objecti intellectum, ut huic præ illâ parte assentiatur: ergo probabilitas non est idem, quod veritas. Sexto, quia licet communiter explicetur opinio speculativè probabilis, quæ præcindendo à circumstantijs singularibus dicitur in genere talem rem licere, ex gr. contractum; practicè probabilis, quæ dicitur hic, & nunc contractum licere; revera tamen hæc explicatio non quadrat; quia cognitio speculativa, & practica non sumitur præcisè ex eo, quod practica attingat, speculativa non attingat circumstantias objecti; potest enim utraque cognitio eandem circumstantias attingere, sed speculativa contemplando illas, practica dirigendo ad illas, ut infra: ergo non bene explicat probabilitatem speculativam, quæ respicit rei veritatem in genere; practicam, quæ ut in talibus circumstantijs.

§. II.

Mea Mens.

S U M M A R I U M.

Papa potest opiniones intrinsecè, & extrinsecè probabiles declarare utroque modo improbabiles, n. 61.

Bene notanda censure species, n. 62.

Minus pia de Conceptione non damnatur, ut improbabilis, ibid.

Doctrina sensus compositi, & divisi cur tam difficilis? n. 63. ad 69.

Quid opinio speculativa, & practica, intrinsecè, & extrinsecè probabilis? n. 65.

Inductio opinionum antea intrinsecè probabilium, modo improbabiliū, n. 67.

Tom. I.

Qualiter opinio de intrinsecè probabili fiat intrinsecè improbabilis? Ibid.

Eminentia iudicii Pontificij, n. 73.

Tollit omnem ab opinione intrinsecam, & extrinsecam probabilitatem; & quidem in perpetuum, ibid.

M. Bannez ait, quod etsi Antiquis debeat honor, requirenda Juniorum sententia, n. 74.

Aliquæ opiniones factæ probabiles, ibid.

Probabilitas intrinseca tollitur per certitudinem oppositi, ibid.

Judicium Papæ tollit omnem veri apparentiam, n. 76.

Tribunal Inquisitionis longè aliter declarat, ac Papa, n. 77. ad 79.

Damnatio supponit opinionis damnabilitatem, n. 79.

Conclusio. Datur in Romano Pontifice infallibilis autoritas damnandi, & declarandi improbabiles opiniones antea, tum extrinsecè, tum intrinsecè probabiles. Hanc in terminis docet, & probat Pater Cardenas tom. 1. disp. 9. cap. 2. & 3. & tom. 4. disert. 1. cap. 2. & Pater Terillus de Regula morum quest. 27. latè contra Patrem Elizalde; & eam insinuat Pater de la Fuente Hurtado disert. 1. num. 104. Palanco de conscientia quest. 28. an. 332. Pater Aridekin tom. 2. par. 3. tract. 2. principio 23. & eam supponunt omnes Theologi, dum dicunt iudicium Papæ in materiâ morum esse infallibile; & sicut Papa opinionem antea apparenter non scandalosam, immò apparenter tutam potest damnare ut scandalosam, ita etiam opinionem antea apparenter intrinsecè probabilem, potest damnare ut improbabilem. Dixi, supponunt, & ideo Amadeus Guimenius tr. de Opinione probabili, propositione 1. num. 4. loquens de sententiâ Caramuelis dixit, eam positionem non bene audire apud T. T.

Nota primò, attentè semper in Decretis Pontificijs considerandum, quid, & quo genere censuræ Papa opinionem damnet: si damnat ut improbabilem, & falsam, eo ipso per damnationem Papæ fit intrinsecè improbabilis, & falsa: si vero damnat, aut vetat præcisè opinionis praxim, defensionem, & lectionem, non fit ea opinio ex vi decreti damnantis intrinsecè improbabilis, & falsa. Quis enim Scripturam Divinam vulgari idiomate dicat improbabilem, & falsam, eo quia Papa vetat lectionem Scripturæ vulgari idiomate? Similiter quis dicat opinionem minus piam esse damnatam à Decreto Pontificio, ut improbabilem; cum Papa nil dicat de ejus improbabilitate, alias magis pia esset de fide? Per hoc autem quod dico, minus piam non esse declaratam à Papa ut improbabilem,

B ij

bitem,